

| Ti. Claudius Diadumenus et | Censor dec.<sup>2</sup> Spiculi, | heredes eius, ex collegio Germanorum.

*Romae in Ianiculo (VI 8802. 8803, descripsit Forcella). — 1) Hic situs est. — 2) Decuria. — 3) Ex collegio Germanorum.*

**1731** Ti. Claudio | Aug. lib. Ducto | dec. Germánórum, | vix. an. XXX, posuit Luria | Paezusa coniugi suo et sibi.

*Romae, exstabat in ecclesia S. Caeciliae (VI 8811 saepius descripta saec. XV. XVI).*

**1732** Ti. Claudius divi Claudii lib. Actius, | honoratus<sup>1</sup>, curator Germanorum, | et aedituus Dianae Cornif.<sup>2</sup>, collegio magno<sup>3</sup> | trib.<sup>4</sup> divae Augustae triclami cum columnis | et mensis et maceria s. p. d. d.

*Romae rep. in columbario libertorum et servorum Liviae ad viam Appiam, nunc Parisiis (VI 4505 vidit Henzen). — 1) Idem Actius inter honoratos (collegii magni ut puto) memoratur VI 20216 (ubi pro Gurge.. scrib. cur. Ge[rm.]). — 2) De Diana Cornificiana cf. Lanciani bull. com. 1891 p. 214 seq. — 3) Cf. supra N. 1505 not. 3. — 4) Tribunorum.*

**1733** Carnius Ti. Caesaris | Aug. l. á cubiculo, | vixit annis XXXII. ✓  
*Romae, nunc Neapoli (VI 4512 vidit Mommsen).*

**1734** Ti. Claudio Aug. l. | Quir. Alcibiadi, qu[*i fuit*] | praegustator et a c[*u*]biculo Neronis, Iulia | Regulina ex testamen[*to*] | eius fecit.

*Prope Tarracinam (X 6524 bis descripta saec. XVIII).*

**1735** dis manibus | Ti. Claudio Neronis | Augusti l. Hicelo<sup>1</sup> | cubiculario, | vix. ann. XXXX.

*Romae (VI 8785 contulit Kaibel). — 1) I. e. Icelo.*

**1736** Ti. Claudius | Eutomus, Partheni | Aug. liberti | a quibiclo<sup>1</sup> (*sic*) libertus, | fecit Carithe (*sic*) bene | merenti suae | carissimae, vixit | annis XVIII.

*Romae (VI 8761 descripsit C. L. Visconti). — 1) Fortasse hic est Parthenius Domitiani cubicularius qui eum interfecit (Mommsen).*

**1737** M. Aureli Cle[*andri*] a cubi[*culo*] Aug. n.

*Signaculum aeneum Mediolani apud Hamilcarem Anconam, in agro Romano rep. (Gatti bull. com. 1887 p. 525). — Pertinet, ut vidit Gatti, ad Cleandrum Comodi cubicularium (vit. Comm. 6, 5) et postea praefectum praetorii.*

**1738** M. Aurelio Augg. lib. Proseneti | a cubiculo Aug.<sup>1</sup>, | proc. thesaurorum, | proc. patrimonii, proc. | munerum<sup>2</sup>, proc. vinorum | ordinato a divo Commodo | in kastrense<sup>3</sup>, patrono piissimo, | liberti bene merenti | sarcophagum de suo | adornaverunt. (*In latere*) Prosenes receptus ad deum<sup>4</sup> V non. . . . ias S. . . . . nia<sup>5</sup> Praesente et Extricato II<sup>6</sup> | regrediens in urbe ab expeditionibus. Scripsit Ampelius lib.

*Prope Romam rep. ad viam Labicanam, sarcophagus magnus (VI 8498 viderunt Henzen et de Rossi). Enarravit Friedländer Sitteng. I<sup>6</sup> p. 196. — 1) A cubiculo videtur fuisse Prosenes Caracallae cum mortuus est, a. 217 (cf. not. 6). — 2) Cf. supra*